DE cœna Dominì Jeſu Sacrâ Eccleſiâ diu multumque controverſia exercuit gravis, ac penè exitialis. Non poteſt illa rectius atq; etiam tutius decidi, utinam verò poſſit! quàm ſi ad ipſam Dn. Jeſu inſtitutionem primam recurratur, quæ ſummo trium Evangeliſtarum Matthæi, Marci & Lucæ conſenſu deſcripta continetur, ac poſtmodum à Divo illo Paulo, cùm quidem iisdem maximam partem verbis repetita, tùm verò Orthodoxè declarata, ac contra hæreticorũ præſtigias varias, & multiplicia ſophiſmata probè munita 1. Cor. 10. & 11. cap. exſtat.

Hæc ſi attenderent, quibus diſſidium de Sacrâ Euchariſtiâ funeſtum veluti inſtaurare volupe eſt, & q probè cavent ne quá iſtud ſopiatur, ſcilicet minùs laboraremus. Neq; enim